BENEDICTUS PP. XIV.

Morbio 27 (142)

Dilecte fili, et dilecta in Xpo filia salm, et Aplicam ben. Exponi Nobis nuper fecistis, quod alias fel: rec: Clemens PP. XI. prædecor nr dilecto filio Marchioni Carolo Castiglioni, et dilectæ in Xpo filiæ Marchionissæ Helenæ Roma coniugibus Nobilibus Mediolanen asserentibus se de Nobili genere procreatos existere, auctė Aplicâ sub certis modo et forma concessit, et indulsit, ut in priuatis domorum suæ habitationis in Ciuitate, et Dioec Mediolanen existen Oratoriis unam Missam sine tn quorumcumque iurium parochialium præiudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Natiuitatis Dni Nri Iesu Xpi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, ac natorum, consanguineorumque, et affinium secum insimul in eadem domo habitantium familiæque, et quoad Oratoria mri existentia etm in Hospitum nobilium suorum præsentia celebrari facere liberè, et licitè possent, et valerent, ac quilibet eorum posset, et valeret, et alias prout in eiusdem Clementis prædecoris lris desuper in simili forma Breuis expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, vos in eadem domo cum supradictis Carolo, et Helena Genitoribus, et Soceris respue vris habitatis, interdum eueniat, ut vos, et nati vestri diversis ex causis, præsertim tu fili Hieronyme ratione muneris Quæstoris, quo fungeris, unicæ Missæ huoi insimul cum genitoribus, et soceris ptis interesse minimè possitis, cupiatisque propterea hac in re oppnè à Nobis prouideri. Nos spirituali consolationi vræ quantum cum Dno possumus benignè consulere, vosque specialibus fauoribus, et gratiis prosequi volentes, et vestrum singulares personas à quibusuis Excomnis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclicis sententiis, censuris, et pænis à iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomolt innodatæ exunt, ad effum prtium tm consequen harum serie absoluentes, et absolutas fore censentes, supplibus vro nomine Nobis super hoc humilr porrectis inclinati, Vobis ut in ptis Oratoriis ptis unam aliam Missam præter, et ultra supradtam per genitores et soceros vros vigore lrarum ptarum celebrari faciendam, in vra, ac natorum, consanguineorum, et affinium vobiscum insimul in eadem domo habitantium familiæque, et quoad oratoria mri existentia etm in Hospitum nobilium vrorum præsentia celebrari facere liberè, et licitè possitis, et valeatis, ac quilibet vrum possit, et valeat, seruata in reliquis ptarum lrarum forma, et disponè eadem auctė tenore prtium concedimus, et indulgemus. Non obstan omnibus, et singulis illis, quæ in dtis lris concessa sunt non obstare, cæterisque contrijs quibuscumque. Volumus autem, quod Nati, consanguinei, et affines pti missam huoi vobis præsentibus tantummodo audire, nunquam vero celebrari facere valeant, quodque familiares seruitiis vris tempore dictæ Missæ actu non necessarii ibidem Missæ huoi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclia diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXV Maii M D C C X L I I Pontus Nri Anno Secundo.

19.35

A: Card.lis Passioneus

1742 25/V

Cas.ⁱ C. Cast.ᵒ B. n. 4.

Dilecto filio Marchioni Hieronymo Castiglioni,
et dilectæ in Xp̄ō filiæ Marchionissæ Isabellæ Stampa
Coniugibus Nobilibus Mediolanen

Morbio 27 (142)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.